

Rogemus ergo populi  
Dei Matrem et Virginem  
Ut ipsa nobis impetret  
Pacem et indulgentiam.

Gloria tibi, Domine,  
Qui natus es de Virgine, etc.

### DE INCARNATIONE VERBI DEI<sup>1</sup>

- 2077** [...] Ὑποκλέπτειν τοίνυν οἴονται τινες τῶν ἀκροωμένων τὰς ψυχάς, ἐν- PG 75, 1413  
θρωπὸν, φησί, λέγοντες ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον· καὶ διὰ τοῦτο πρό-  
οδον πεποιῆσθαι διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ἀνθρωπὸν  
ἀποτεθεῶσθαι τῷ Θεῷ Λόγῳ, οὐ συνιέντες τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καὶ  
τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς τὴν χάριν μετρίαν ποιούμενοι.  
Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω δεδιδάγμεθα· ἔνα, καὶ τὸν αὐτὸν ἵσμεν, ἀδελφοί, τὸν  
διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου τῆς Θεοτόκου Μαρίας γεννηθέντα, Θεὸν τέλειον,  
καὶ ἀνθρωπὸν τέλειον, ἔμψυχον, λογικόν. Ταύτητοι καὶ Θεοτόκον λέγομεν  
τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ ἐνφηκέναι οὐσιωδῶς τὸν Θεὸν Λόγον ἐν αὐτῇ οὐ  
δοκήσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ· τὸν αὐτὸν διμηναῖον, καὶ τριμηναῖον, Γίόν τε Θεοῦ  
ἄμα, καὶ Γίὸν ἀνθρώπου. Ἀλλὰ γάρ καὶ τὰς τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ μὴν καὶ  
τὰς ἐν ἔξουσίᾳ τῇ θεοπρεπεῖ φωνάς, ἃς διαγορεύουσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι Γραφαὶ  
περὶ αὐτοῦ εἰς ἐν \* πρόσωπον συνηγθαῖ φαμεν. Τὸν αὐτὸν γάρ ἵσμεν ἐπὶ τὸ  
προσκεφάλαιον καθεύδοντα [καθήμενον], τὸν αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμῶντα \*1416

- 2077** [...] Sunt ergo qui in auditorum animos furtim ac per fraudem PG 75, 1414  
irrepunt, Deum Verbum asserentes hominem assumpsisse, ac idcirco  
per sanctam Virginem prodiisse, et hunc eumdem hominem a Deo  
Verbo deificatum esse; magnum illud pietatis mysterium non intelligentes, dispensationisque Unigeniti cum carne beneficium parvifacientes. Nos autem, fratres, non sic edocti sumus. Illum namque  
qui ex sancta Virgine natus est, unum eumdemque esse agnoscimus, perfectum Deum et perfectum hominem anima rationali praeditum. Hac etiam de causa sanctam Virginem Deiparam appellamus; Deumque Verbum non opinione, sed re ipsa in illa habitasse dicimus: eumdem bimestrem et trimestrem, Filium Dei simul, et Filium hominis. Quin etiam voces illas, quas divinae Litterae modo humanitati, modo divinae illius potestati \* tribuunt, in unam dumtaxat personam convenire praedicamus. Eumdem enim agnoscimus qui super cervical dormiebat, et qui mare et ventos ex potestate increpabat: <sup>2</sup> \*1415

<sup>1</sup> Exstat inter op. S. Cyrilli Alex., sed est aetatis posterioris (cf. Lau 166).

<sup>2</sup> Marc. IV, 38.

ἐν ἔξουσίᾳ, καὶ τοῖς ἀνέμοις· τὸν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας κεκυρικότα, τὸν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατοῦντα, ὡς ἐπὶ στερεᾶς γῆς, ίδιᾳ ἔξουσίᾳ· ὁ αὐτὸς τοῖνυν Θεός, ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ὁ μοιογουμένως. Τί γάρ τὸ θαῦμα, εἰ ἄνθρωπός τις τῶν καθ' ἡμᾶς ἐν ἔξουσίᾳ δυνάμεις Θεοῦ ἐνεργεῖν [ἴσ. ἐν ἔξουσίᾳ Θεοῦ, δυνάμεις ἐνεργεῖν] λέγεται; Ἀλλ' ἵνα τὸν αὐτὸν Θεὸν Λόγον κεκενῶσθαι ὑποδείξωσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι Γραφαὶ, οὐδὲκέσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ, ἐνα καὶ τὸν αὐτὸν ἡμῖν διαγορεύουσι προφητικοῖς, καὶ μὴν καὶ ἀποστολικοῖς κηρύγμασι, τὸν αὐτὸν εἶπον Θεόν, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον. Θεοῦ τοῖνυν ἡ σύλληψις ἡ παρθενική· Θεοῦ ἡ γέννησις· Θεοῦ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς, καὶ δι' ἡμᾶς ὁμοίωσις οἰκονομικῶς· Θεοῦ τὸ πάθος· Θεοῦ τοῖς ἐν φυλακῇ καὶ ἐν τῷ σκότει ἡ κήρυξις· Θεοῦ ἀνάστασις· Θεοῦ ἡ ἀνάληψις. Ὁ ἀχώρητος ἑαυτὸν δέδωκε κεχωρῆσθαι δι' ἡμᾶς ἐν τῇ τῆς Παρθένου μήτρᾳ, μετὰ τῆς ίδιας σαρκός, ἦν προσελάθετο ἐξ αὐτῆς. Ὁ ἀχώρητος ἐν σαρκὶ ἔχωρεῖτο· ὁ ἀναλλοίωτος ἐν ἀνθρώπου μορφῇ.

DIALOGUS CUM NESTORIO<sup>1</sup>

Ple 249 Νεστόριος. "Οταν ἡ θεία Γραφὴ διαλέγηται γέννησιν Χριστοῦ ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου [ἢ] θάνατον, οὐδαμοῦ τεθεῖσα φαίνεται Θεοῦ, ἀλλὰ 2078

eumdem qui ex itinere defatigabatur,<sup>2</sup> et qui super mare, perinde ac super solidam terram, sua potestate gradiebatur.<sup>3</sup> Idem itaque citra ullam controversiam Deus simul et homo exsistit. Quid enim mirum esset, si nostrae conditionis homo quispiam Dei potestate munitus miracula patraret? Verum ut illud ipsum Dei Verbum non imaginatione, aut apparenti quadam ratione, sed re ipsa se exinanivisse, divinae Scripturae nobis ostendant, unum eumdemque Deum simul et hominem per prophetas et apostolos nobis diserte pronuntiantes dixerunt. Dei itaque erat illa ex Virgine conceptio, Dei nativitas, Dei similitudo, qua nobis nostri causa dispensatorie per omnia assimilatus est, Dei passio, Dei iis qui in carcere et in tenebris erant praedicatio, Dei resurrectio, Dei tandem in coelos assumptio. Qui capi non poterat, per carnem quam nostri causa ex Maria sumpsit, virginali utero concludi ac definiri sustinuit. Qui late omnia excedit, carne continetur. In quem nulla mutatio cadit, humanam formam subiit.

PG 76, 250 Nestorius. Cum divina Scriptura narrat Christi ex Maria Virginem nativitatem, vel mortem, nusquam apponit vocabulum Dei, 2078

<sup>1</sup> Non est S. Cyrilli Alex., sed aetatis posterioris (cf. Lau 166).

<sup>2</sup> Io. IV, 6.

<sup>3</sup> Matth. XIV, 25.

● PG 75, 1416.

Χριστοῦ ἡ Κυρίου ἡ Ἰησοῦ, ἐπειδὴ τὰ τρία ταῦτα τῶν δύο φύσεων σημαντικά, ποτὲ μὲν ταύτης, ποτὲ δὲ ἐκείνης· οἷόν τι λέγω· "Οταν τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ μηνύει [cod. μηνύων] ὁ Ἀπόστολος, λέγει· «Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Γίδην γενόμενον ἐκ γυναικός»· οὐκ εἶπε δέ· 'Ἐξαπέστειλε τὸν Θεὸν Λόγον· λαμδάνει δὲ τὸ ὄνομα τὸ μηνύον τὰς δύο γενέσεις, ἥτοι Θεὸν [cod. Θεός] καὶ ἄνθρωπον, ἐπειδὴ διπλοῦς ἔστιν ὁ Χριστός· Γίδην γάρ Θεοῦ ἐγέννησεν ἡ Παρθένος, καθότι ἔφησεν· «Τιμεῖς δὲ θεοί ἔστε καὶ υἱοί· Τύψιστου πάντες»· ὅθεν Χριστοτόκον, Κυριοτόκον, ἀνθρωποτόκον ἐμάθομεν ἀπὸ τῆς Γραφῆς λέγειν, Θεοτόκον δὲ οὐδαμῶς ἐδιδάχθημεν λέγειν τὴν ἀγίαν Παρθένον.

Κύριλλος. 'Ησαΐας βοᾷ ἐν Πνεύματι λέγων· «'Ιδού ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὃ ἔστι \* μεθερμηνεύμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός»· Θεὸς οὖν ὁ τεχθείς, κανὸθληγες, καὶ μὴ θέλῃς.

\*252

Νεστ. 'Ο ἄγγελος τῷ Ἰωσήφ εἶπεν· «'Ανάστα, παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἵσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοι»· οὐκ εἶπε δέ· Παράλαβε τὸν Θεὸν καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.

Κύρ. 'Αλλ' ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον λέγει· «Πνεῦμα

sed Christi aut Domini aut Iesu, quoniam tria haec duarum naturarum significativa sunt, modo unius, modo alterius. Exempli causa cum ex Virgine Christi nativitatem nobis innuit Apostolus, ait: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere.*<sup>1</sup> Non dixit, «*Misit Deum Verbum*»; sed utitur vocabulo *filiī* quod utramque naturam denotat, Dei scilicet et hominis, quandoquidem duplex est Christus. Nam Dei Filium peperit Virgo eo sensu quo dictum est: *Vos autem dii estis et filii Altissimi omnes.*<sup>2</sup> Quamobrem Christiparam, Dominiparam, hominiparam didicimus a Scriptura dicere, deiparam vero nunquam docti fuimus sanctam Virginem appellare.

Cyrillus. Isaias clamat in Spiritu dicens: *Ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum \* Nobiscum Deus.*<sup>3</sup> Deus erat itaque qui natus est, velis, nolis.

\*251

Nest. Angelus Iosepho dixit: *Surgens accipe puerum et matrem eius, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi.*<sup>4</sup> Non dixit: Accipe Deum et matrem eius.

Cyr. Attamen archangelus Gabriel Virgini ait: *Spiritus san-*

<sup>1</sup> Gal. IV, 4.

<sup>2</sup> Ps. LXXXI, 6.

<sup>3</sup> Isa. VII, 14.

<sup>4</sup> Matth. II, 13.

άγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἄγιον, νίδος Ὑψίστου αληθήσεται».

Νεστ. Ὁ Ἀπόστολος ἔφη· «Ἐαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβῶν»· ὅπερ ἔστι τὸ ἡμέτερον ἐνδυσάμενος σῶμα, ἔνθα προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὡς Κυριακὸς ἀνθρωπος.

Κύρ. Πᾶν τὸ γεννόμενον ἐκ τῆς σαρκός, σάρξ ἔστι· οὐκ ἀναιρεῖ δὲ τῆς γεννήσεως παράδοξον· ὡς γάρ ὁ Θεὸς τίκτει θεῖκῶς, οὕτω καὶ ἡ θεοπρεπὴς Παρθένος ἔτεκεν ἐν σαρκὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον.

Νεστ. Πᾶσα μήτηρ τὸ δόμοιούσιον αὐτῆς τίκτει· οὐκ ἔστιν οὖν αὐτοῦ μήτηρ, εἰ μὴ αὐτὸς δόμοιούσιος αὐτῆς ὑπάρχει· πῶς γάρ αὐτοῦ μήτηρ τοῦ ἀλλοτρίου τῆς οὐσίας αὐτῆς ὑπάρχοντος [cod. τὸ ἀλλοτριον ὑπάρχον];

Κύρ. Ἡμᾶς ἐκ Παρθένου καὶ ἐκ Πνεύματος ἄγιου ἔνα Γίδον ἐδιδάχθημεν δομολογεῖν, δόμοιούσιον τῇ μητρὶ ὡς τῷ Πατρί, καθὼς οἱ Πατέρες εἰρήκασιν.

Νεστ. Διαιρῶ τὰς φύσεις, ἐνῶ τὴν προσκύνησιν, ἐπειδὴ ἀχώριστος τοῦ φαινομένου Θεός· διὰ τοῦτο οὐ χωρίζω τὴν τιμήν.

Κύρ. Ὁ διαιρῶν τὰς φύσεις, δύο νίσις λέγει, μὴ πιστεύων τῇ Γραφῇ λεγούσῃ, διὰ «Ο Λόγος σάρξ ἐγένετο».

*ctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nasceret ex te sanctum, Filius Altissimi vocabitur.<sup>1</sup>*

Nest. Apostolus ait: *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens;*<sup>2</sup> id est, nostrum sibi induens corpus, in quo proficiebat *sapientia ac aetate et gratia apud Deum et homines,*<sup>3</sup> tamquam homo Dominicus.

Cyr. Quidquid factum est, ex carne, caro est, neque tamen hinc perimitur nativitatis miraculum. Sicut enim Deus divinitus generat, ita venerabilis quoque Virgo peperit in carne Verbum ex Deo Deum.

Nest. Omnis mater consubstantiale suum parit: non est ergo eius mater, nisi ipse est illi consubstantialis. Nam quomodo sit mater eius, qui ab ipsius substantia alienus fuerit?

Cyr. Nos ex Virgine et ex Spiritu sancto unum Filium edocti fuimus confiteri, consubstantiale matri ut Patri, sicuti Patres dixerunt.

Nest. Divido naturas, unam facio adorationem, quia Deus inseparabilis est ab eo qui cernitur. Ideo honorem non divido.

Cyr. Qui naturas dividit, duos dicit filios, Scripturae non credens dicent: *Verbum caro factum est.*<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Le. I, 35.

<sup>2</sup> Philip. II, 7.

<sup>3</sup> Le. II, 52.

<sup>4</sup> Io. I, 14.

Νεστ. Παῦλος λέγει « ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γενέσθαι Ἰησοῦν, πιστὸν δύντα τῷ ποιήσαντι ἑαυτόν, θυσίαν ἑαυτὸν προσέφερεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ὡς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ· δθεν ἀρχιερεὺς καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεόν ».

Κύρ. Παῦλος λέγει· « Χριστὸς ἄπαξ προσενεγκέθεις εἰς τὸ πολλῶν ἀνεγκεῖν ἀμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἀμαρτίας ὀφθήσεται ». Καὶ πάλιν· « Ἀμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, καὶ δόλος οὐχ ὑπῆρχεν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ »· καὶ ἵδον αὐτὸς ἑαυτὸν προσφέρει ὑπὲρ ἡμῶν· ἵδε οὖν οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀνήνεγκεν αὐτόν, ἀλλ’ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ.

Νεστ. Αὐτοῦ λέγοντος· « Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ζήσεται δι’ ἐμοῦ, καθὼς ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν ἀποστείλαντά με Πατέρα ».

\* Τίνα οὖν ἐσθίεις, αἱρετικέ; τὴν θεότητα, ἢ τὴν ἀνθρωπότητα; Οὐκ εἴπε \*<sup>253</sup> γάρ ὁ Χριστός· Ὁ τρώγων μου τὴν θεότητα, ἀλλὰ Τὴν σάρκα.

Κύρ. Ἔγὼ μὲν πίστει μεταλαμβάνω τὴν τοῦ ζωοποιοῦ Λόγου ζωοποιοῦσαν σάρκα· δθεν ὁ Σωτὴρ ἔφη· « Οἱ ἐσθίοντες ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου εἰς τὸν αἰώνα »· οἱ δὲ ἀναξίως μεταλαμβάνοντες, διὰ τῆς ἀπειθείας κριθήσονται.

Νεστ. « Κύριος ἀπέσταλκέ με καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· Πνεῦμα Κυρίου

*Nest. Paulus dicit pontificem et apostolum confessionis nostrae esse Iesum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, qui semet hostiam obtulit pro se haud minus quam pro populo. Quare pontifex est constitutus in iis quae ad Deum pertinent.<sup>1</sup>*

*Cyr. Paulus ait: Christus semel oblatus ad multorum preferenda peccata, secundo sine peccato apparebit.<sup>2</sup> Item: Qui peccatum non fecit, nec dolus erat in ore eius.<sup>3</sup> Et en ipse semet pro nobis offert. Videsis itaque quod non pro se ipso se obtulit, sed pro populo.*

*Nest. Cum ipse dicat: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, vivet propter me, sicut ego vivo propter eum, qui me misit, Patrem.<sup>4</sup> \* Quid ergo manducas, o haeretice? Divinitatem, an humanitatem? Non enim dixit Christus: Qui manducat meam divinitatem, sed carnem.*

*Cyr. Ego fide recipio vivificantis Verbi carnem. Unde Servator ait: Qui manducant ex hoc pane, non gustabunt mortem in aeternum.<sup>5</sup> Qui vero indigne sumunt, propter incredulitatem iudicabuntur.*

*Nest. Dominus misit me et Spiritus eius.<sup>6</sup> Spiritus Domini super*

<sup>1</sup> Hebr. III, 1, et V, 1.

<sup>2</sup> Hebr. IX, 28.

<sup>3</sup> I Petr. II, 22.

<sup>4</sup> Io. VI, 57, 58.

<sup>5</sup> Io. VI, 59.

<sup>6</sup> Isa. XLVIII, 16.

ἐπ' ἐμέ, οὗ εἰνεκεν ἔχρισέ με »· καὶ διὰ τοῦτό φησιν· «Ἐχρισέ σε δὲ Θεός,  
δὲ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου »· νόει οὖν τὸν  
χρισθέντα, ὅμολόγει τὸν χρίσαντα, καὶ προσκύνει τὸν ναὸν διὰ τὸν ἐν αὐτῷ  
κατοικοῦντα.

Κύρ. Ἐγώ ἐκ Πνεύματος ἄγιου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου ἔνα Γιὸν ἐκ  
δύο ὅμοιογῷ· τὸν ἔνα εἰς δύο οὐ διαιρῶ.

### HYMNUS ACATHISTUS<sup>1</sup>

#### Τροπάριον

PG 92, 1335 Τὸ προσταχθὲν μυστικῶς λαβὼν ἐν γνώσει, ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἰωσὴφ 2079  
σπουδῇ ἐπέστη δὲ ἀσώματος, λέγων τῇ ἀπειρογάμῳ· Ὁ κλίνας τῇ καταβάσει  
τοὺς οὐρανοὺς χωρεῖται ἀναλλοιώτως ὅλος ἐν σοί· δὲν καὶ βλέπων ἐν μήτρᾳ  
σου λαβόντα δούλου μορφὴν ἐξίσταμαι κραυγάζειν σοι·

Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

#### Κοντάκιον

Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια, ὡς λυτρωθεῖσα τῶν δεινῶν, εὐ-

*me, propter quod unxit me.<sup>2</sup> Ideoque dixit: Unxit te Deus, Deus tuus,  
oleo laetitiae prae consortibus tuis.<sup>3</sup> Intellige ergo unctum, confitere  
ungentem, adora templum propter eum qui in ipso habitat.*

Cyr. Ego ex sancto Spiritu et Maria Virgine unum Filium ex  
duobus confiteor. Unum in duos non divido.

#### Troparion

PG 92, 1336 Iussum arcana mente complexus incorporeus Gabriel, Iosephi 2079  
domum festinanter ingressus est dicens Virgini nuptiarum nesciae:  
Qui coelos inclinavit descensu citra mutationem totus in te recipi-  
tur: quem ergo quidem videns in utero tuo servi formam accepisse,  
prae admiratione ad te clamo:

Ave, sponsa innupta.

#### Contacium

Tibi ego invictae Imperatrici acceptos triumphos, tibi gratiarum

<sup>1</sup> Viri docti attribuunt hunc nobilem Hymnum *Sergio vel Germano Constantinopolitanis*, nec non *Georgio Pisidae*. Attributio vere *S. Romano* videtur non-nullis probabilis; quaestio tamen, ad hodiernum diem, sub iudice manet, et Hymnus attribuitur *Anonymo* cuidam saec. vi (cf. Cay II, 209-210; Al 570. Cf. etiam RPhTh 547; Ti 327).

<sup>2</sup> Isa. LXI, 1; Lc. IV, 18.

<sup>3</sup> Ps. XLIV, 8.